ORDINIS

MEDICI IN ACADEMIA LUDOVICIANA

H. A. DECANUS

D. ERNESTUS LUDOVICUS WILHELMUS NEBEL

CLARISSIMORUM ATQUE DOCTISSIMORUM

QUORUNDAM MEDICINAE CANDIDATORUM

SOLEMNIA INAUGURALIA

INDICIT

ATQUE

HISTORIAM ARTIS VETERINARIAE A RERUM INITIO USQUE AD AEVUM CAROLI V

PRAEMITTIT

GIESSAE

TYPIS SCHROEDERI ACADEMICIS

1806.



A primis rerum humanarum initiis, veterum ſcriptorum relationes facile ſuperantibus, bruta manſuefacta et in conſortium atque familiaritatem hominis recepta eſſe, non erit qui negabit. Teſtantur antiquiſſima codicum monumenta, cum pecora primum hominum peculium conſtituere, teſtatur res ipſa, cum animalia quaedam hominem facile ſequuntur et obediunt ſervitiaque ſua exhibent. Pellis veſtitui, lana ſuppellectili, lac victui, caro alimento, oſſa, pinguedo, cruor, inteſtina variis uſibus inſervierunt. Greges iam fuere uſibus hominum famulantes, priusquam Chiron ille audax equo vehi periculum fecit. Cum igitur in armentis gregibusque divitiae principum reliquorumque hominum poſitae eſſent, vulnera ſanare peſtes morbosque averruncare et medicinam invenire ſtudium fuerit neceſſe eſt. Facti inde cteniatri, enata veterinaria ars ſeu mulomedicina, cui eadem cum hominum medicina incunabula tribuere liquet. Nec dignitate eidem ceſſit, cum antiquiſſimi heroes morborum et hominum et pecorum medicina celebrentur. Averruncantur enim hoc ſtudio calamitates hominum, quod ſuprema ratio disciplinarum humanarum eſto. Id vero facile largior, hominum medicinam mox magis cultam ac diligentia maiori tractatam eſſe: unde Herophilos, Eraſiſtratos, Galenos ſuos iam habuit medicina, cum ſtudium mulomedicinae ultra priſci Catonis placita vix ſaperet. Quod etiamnum eodem fere iure poteſt contendi, cum in vulgus medici veterinarii nomen cum carnificis, fabri vel opilionis fere conſonum ſit, et medici delicatiores infra dignitatem putent, ſtabula viſitare: de quo ſuo iam tem-

pore conquestus est *H. C. Agrippa*, de vanit. scient. c. 87. In quibus tamen multos eosque celebratissimos viros a vulgi sententia abhorrere, in brutorum quoque studio operam collocare et hortationibus institutisque a regibus et principibus conditis morem gerere, plura quae sequuntur exempla probabunt. Consilium vero cepi, primordia, incrementa et facta illustriora in arte veterinaria narratione hac brevi memoriae prodere. In quibus si relator paulo rudior ab arbitris harum rerum peritis inveniar, venia petenda est, quod antecessorem in hoc scriptionis genere scio neminem. *a*) Historiam vero literariam plures sedulo illustravere *b*), et in anatome comparata otium mihi fecere viri doctissimi *c*).

a) Si excipias *Zanon* saggio di storia della Medicina veterinaria, Venet. 1770. 8., de quo refert *Henze* Nachr. p. 58. Quae *Bourgelat* elem. d'hippiatrique t. II. p. I, inde in encyclopaedia Gallica, atque *la Fosse* dictionn. rais. d'hippiatr. voce *hippiatrique* protulere, brevia mancaque sunt.

b) *Alf. de Torrez* recapitulacion de los mas famosos autores griegos y latinos que trataron de los cavallos, comese y de las mulas, y sus infermedades. Tolet. 1564. fol. *Ioach. Camerarius* fil. catal. rei rust. scriptorum veterum et recent. in ei. opusc. de re rust. Norib. 1577. 4. *Vitet* medic. veterinariae t. III, analyse des auteurs. *Amoreux* bibl. des auteurs veterinaires, 1773. 8. *Prizelius* vollständ. Pferdewiss. t. I. init. *Henze* Entw. eines Verzeichnisses veterin. Bücher. Gött. u. Stendal, 1781. Ei. Nachrichten v. veterin. Werken. Stend. 1785. 8. (*Rodriguez*) catal. de algunos Autores espanoles que han escrito de *veterinaria*, de equitacion y de agricultura. Madrid, 1790. 8.

Bibliographi quoque hist. nat. huc sunt referendi. *Scheuchzer* bibl. scriptor. h. n. Tig. 1716. 4. 1751. 8. *v. Rohr* physik. Bibl. ed. *A. G. Kästner*. Lips. 1754. 8. *Brückmann* bibl. animalis. Wolfenbutt. 1743. Ei. supplementum, 1747. 8. *L. T. Gronov* bibl. regni anim. et lapidei.

dei. L. B. 1760. 4. *I. Fr. Müller* Einleit. in d. ökon. u. phyſik. Bücherkunde, t. I. Lipſ. 1780. 8. Deliciae Cobreſianae, Bücherſammlung zur Naturgeſch. II. t. Augsb. 1782. 8. *G. R. Böhmer* bibl. ſcriptor. h. n. V partes. Lipſ. 1784 — 90. 8. *Dryandri* catal. bibl. h. n. *Ioſ. Banks*, V tomi. Lond. 1796 — 1800. 8. Neque ſilentio praetereundus cl. *K. G. Röſſig* Geſch. d. Oekon. Poliz. u. Kameralwiſſ. Lipſ. 1781, 82. 2 t. 8. cl. *Reuſs* repertor. comm. a ſocc. lit. ed. t. I.

c) Cel. *Ludwig* pr. Hiſt. anat. et phyſiol. comparant. brevis expoſitio. Lipſ. 1787. 4. In ei. exercitt. acad. p. 98 — 126. *Ioſephi* Anat. der Säugethiere. Gött. 1787. 8. p. 16 — 94. Auctorum recenſum paſſim dedit *Haller* bibl. anat. chir. et pract., quem fere in ſummam redegit *Vigiliis* bibl. chir. p. 1628 — 1668. Praeclaram quoque notitiam literariam ſubſtravit cel. *Blumenbach* l. Handbuch der vergleich. Anat. Goett. 1805. 8.

PERIODUS I.

Artis incunabula. Graeci.

Animalia quaedam in protoplaſtorum conſortium veniſſe et domeſtica facta eſſe vix dubium relinquitur. Legitur in ſacro codice de ovium paſtore Abel, Adami filio. Primigeniam pecuariam oves dicit *Varro* de r. r. II. 2. Sed praeter gregum curam cuſtodiamque plura alia ad viam mulomedicinae ſternendam feciſſe manifeſtum eſt. Huc referamus ſacrificia numini facta, quae extiſpicia ſeu viſcerum inſpectiones mox ſunt ſequuta: in quarum primordiis et antiquitatibus multus eſt *Hartmann* (de origin. anat. in Kurella faſc. diſſ.). Acceſſit mox morbidorum pecorum examen, quorum eſu interdicebantur, ut de Aegyptiis *Herodotus* (II c. 46), de Hebraeis Leviti-

rus XI docet. Non parum tribuendum eſt agriculturae et aratro, cui iumenta edomabant: tritura vero frumenti ſerioris aevi eſſe videtur. Inventum illud *Oſiridi* tribuunt Aegyptii (*Tibull.* I el. 7, 29), ad *Prometheum* refertur apud *Aeſchylum* (Prom. vinct. 461). Unde bos ſacer habitus eſt Aegyptiis, quibus ovem, canem, ſelem atque ichneumonem addit *Plato* (de Iſ. et Oſir.). Bovis vero et aratri inventum *Buzygi* Athenienſi, ſecundum alios *Triptolemo* Aegyptio, tribuit *Plin.* h. n. VII 56. Antiquitates iumentorum optime illuſtravit *Aldrovandus* (quadrupedum biſulcor. hiſt. I). Sequuta venatio, ad quam canes adhibebant (*Mercurialis* de arte gymn. III 15, *Beckmann* de hiſt. nat. vet. p. 23), et equos, ut ex *Xenophonte* patet. Plurimum peſtilentiis debetur, quas quidem iracundiae deorum tribuere (*Homer.* Il. A 50. Exod. IX 3 et 9, XII 29). Optimus de his collector *Paulet* (rech. ſur les maladies epizoot. I init.). Poteſt etiam paradoxo illi, a brutis aegris, inſtinctum ſeu molimen naturae ſalutare ſequentibus, medicinam edoctos eſſe homines, aliqua ratio haberi. *Ariſtoteles* h. a. IX 6, *Cic.* de nat. deor. II 50 plura huc ſpectantia proferunt, et locos diligentiſſime collegit *Triller* (pr. de ſcarif. ocul. hiſt. et antiquit. Opuſc. I p. 493).

In fabula de centauris equorum primum uſum latere perſpicuum eſt. *Ixiona* Theſſalum, Centaurorum parentem, equorum cuſtodem narrat *Servius* ad *Virg.* Aen. VIII 293, et Centauros ex equis pugnaſſe primos omnium *Plinius* h. n. VII 56. affirmat. Idem *Bellerophonti* equitationis inventum, frenorum et ſtratorum *Pelethronio* tribuit, in quo conſentit *Hyginus* fab. 274. *Erichtonium* currus inveniſſe *Virgil.* georg. III 113 auctor eſt, cui magnas equarias tribuit *Hom.* Il. Y 219. Apud Theſſalos artem equeſtrem primum cultam eſſe et incrementa cepiſſe *Plato* auctor eſt, Hippia mai. p.

346

346 Opp. ed. Baf. 1554. Conferri potiffimum meretur *Gabr. Fabricy* rech. fur l'epoque de l'equitation et de l'ufage des chars equeftres, à Marfeille, 1764, 2 t. 8. Nec non *Rich. Berenger* Hiftory and Art of Horfemanfhip t. I. Lond. 1771. 4, Sed videamus de heroibus medicis atque philofophis, quorum inventa factaque illuftriora funt memoranda.

Princeps, qui pecorum medicinam agitaffe dicitur, exiftimandus eft *Melampus* Argivus, pecoris cultu et medicina celebris dictus a *Virgilio* georg. III 550 et *Columella* I praef. Capras, ut videtur, vertigine adfectas ellebori paftu purgari et reftitui animadvertit, et medicamentum, quo maniae hominum medebatur, inde fumfit (*Schulze* hift. med. p. 87). *Chiron* Centaurus in Theffalia, ferorum equorum feraci, artem equeftrem inftituit, et mox equis ad certamina, bella et onera asportanda ufi funt. Medicinae hominum et brutorum cognitione, vulnerum cura, pariter ac difcipulis heroibus celebratur. Canum, venationis aliarumque artium ftudio clarus dicitur apud *Xenophontem* de venatione init. Quid, quod hippiatricum fcriptum ipfi tribuant feriores *Vegetius* I praef. I 17, et IV 8, *Eudocia* in violario p. 437. *Ariftaeus*, Chironis discipulus, apum culturae et lactis coagulationis inventor gregumque paftor dicitur apud *Pindarum* Pyth. IX 104, *Virgilium* georg. IV 280 et 317, *Columellam* IX 2 atque *Apollon. Rhod.* arg. II 518. In filii eius *Actaeonis* hiftoria prima rabiei caninae veftigia inveniri cenfet cl. *Sprengel* Beitr. z. Gefch. d. Med. III p. 54.

Philofophi, qui hiftoriam naturalem coluere, nominandi funt *Pythagoras*, *Alcmaeon*, *Empedocles*, *Anaxagoras*. *Pythagoram* ad pecora animadvertiffe vel ex *Cenforino* c. 5 liquet. *Alcmaeon*

maeon et *Empedocles* in anatome comparata et phyſiologia animantium, praeſertim opere generationis et ſenſuum organis, operam collocavere. Ille capras per aures ſpirare contendit (*Ariſtot.* hiſt. anim. I 11), unde tubarum, quae *Euſtachii* nomen ferunt, cognitionem ipſi tribuere hiſtoriae medicae ſcriptores, cf. cl. *Kühne* diſſ. de philoſ. ante Hipp. med. cult. p. 27. Sterilitatis in mulis obſervatae cauſam anquiſivit (*Plutarch.* de phyſ. phil. decr. V 14). *Chalcidius*, comm. in Plat. Tim. p. 340 ed. Meurſ. primum animalium inciſorem ipſum perhibet et librum, quem de natura primus omnium conſcripſit, laudant *Diog. Laert.* VIII extr. *Clem. Alex.* ſtrom. I p. 308 ed. Sylb. *Empedocles*, qua via Alcmaeon coeperat, ſtrenuus perrexit et reſpirationis mechanismum expoſuit. De *Anaxagora* anatome hoedi narratur (cl. *Sprengel* Geſch. d. A. K. I p. 190 ed. 1792); carpitur ab *Ariſtotele* de gen. an. III 6.

Anatomen animalium omnium ſolertiſſime coluiſſe fertur *Democritus* Abderita (*Cartheuſer* pr. de med. Democr. Abd. Gieſſae, 1775. 4), Hippocratis in hoc ſtudiorum genere, ſi *Celſo*, *Suidae* ac *Sorano* fides habenda, vel ſi idem cenſendus eſt Democritus, praeceptor. Vixiſſe animalium cadaveribus circumdatum et viſcera eorum inſpexiſſe ex auctore quidem ſpurio conſtat, *Hippocr.* epiſt. ad Damagetum opp. p. 914 ed. Lind. II. Sed ipſum in animalium natura ſcrutanda diligentem fuiſſe *Ariſtoteles* de gen. an. IV 1, *Plinius* h. n. II 8, *Aelianus* hiſt. anim. XII 16 teſtantur. Libri eius αιτιαι περι ζωων et περι γεωργιης laudantur a *Diog. Laert.* p. 249. ed. Menag., *Columella* VI 28, XI 3, et in geopon. XIX 7, in quo libro XVII 4 et 9, XVIII 6, XIX 4 quaedam veterinaria, quae eius nomen ferunt, inveniuntur. Procul dubio ex libro quodam ſuppoſiticio deſumta, *Gellius* enim, noct. Att. X 12, multa commenta in *Demo*-

criti

criti nomen eſſe data queſtus eſt. Anatomen animalium coluere et ab *Ariſtotele* (h. a. III 2 et 3) laudantur *Diogenes Apolloniates*, *Syennenſis* Cyprius, atque *Polybus*, quem quidem ανδρα φυσικον και αγαν ελλογιμον nuncupat *Diogenes Laert.* *Cteſias* Cnidius quoque ab *Ariſtotele* laudatur (gen. an. II 2) et in Indicis plura ad hiſtoriam naturalem ſpectantia, ut de aſinis ſilveſtribus, de pecoribus domeſticis, retulit.

Hippocrates Cous, verae medicinae parens, pecorum quoque contemplationem et medicinam non neglexit. De boum articulis, luxatione et claudicatione disputat (de artic. p. 765, Mochlic. p. 853, ed. Lind. II). Boum, canum et ſuum aquam intercutem, ex pulmonum tuberculis enatam narrat (de int. aff. p. 226). Caprarum et ovium epilepſiam, vel potius vertiginem, in qua cerebrum liquidum foetensque invenitur, deſcribit (de morbo ſacro p. 538). De febribus pecorum agit (de flat. p. 404 Lind. I). Quae ſub eiusdem nomine veniunt hippiatrica, multo ſerioris ſunt aevi et ad Apſyrti aetatem pertinent (Hippiatr. Gr. p. 70).

Primus, qui de equis ſcripſit, eſt *Simon* Athenienſis, a *Xenophonte* laudatus, ex quo *Iul. Pollux* I 11, p. 51—53 ed. Seb. plura refert. *Suidas* v. Κιμων eius ιπποσκοπιον βιβλιον θαυμασιον commemorat. *Tzetzes* quoque chil. IV v. 483 *Cimonis* hippotrophion laudat et *Megaclem* Athenienſem, parem auctorem, ei iungit et priori loco ponit. Rectius vero apud eundem *Suidam* v. σοφιλλη et apud *Clem. Alex.* ſtrom. VII p. 761 auctor *Simon* vocatur. *Xenophon* περι ιππικης init. laudat equum aeneum a *Simone*, vel in honorem eius, Athenis in Eleuſinio poſitum, cuius et *Plinius* h. n. XXXIV 19 atque *Hierocles* hippiatr. Gr. p. 3 mentionem fecerunt.

A quo

A quo differt vaccae ſtatua aenea *Myronis*, quam *Aelian.* hiſt. anim. c. extr. meminit. A *Simone* reprehendi *Miconem* quendam in equi delineatione *Iul. Pollux* II 4 p. 85 auctor eſt. Non poſſum hic ſilentio praeterire, egregiam equi generoſi deſcriptionem inveniri in libro antiquiſſimo, qui Iobi nomen fert, XXXIX 19. Memoranda ſimul illa baculorum variegatorum in aquam iniectio (Geneſ. XXX 37), qua agni variegati geniti ſunt, ſcilicet vi imaginationis maternae: de quibus cf. *Bochartus* hieroz.

Xenophon Socraticus, Graecorum in bello Perſico dux et hiſtoricus et philoſophus, reliquit libros de re equeſtri et de magiſtri equitum officio. Pedes, caput, cervicem reliquasque boni equi notas recenſet et de venditorum impoſturis agit: de educandis pullis et erudiendis ad varios uſus, de frenandi ratione et naturarum in equis diverſarum tractatione tradit. In cynegetico ſeu de venatione libello de canum genere, inſtitutione, vitiis atque virtutibus disputat. Cui Xenophontis minoris ſeu *Arriani* cynegeticon, illius quaſi ſicilimentum, adiungo.

Opuſcula equeſtria et venatica collegit et illuſtravit *Zeune*, Lipſ. 1778. 8. Equeſtria interpretatus eſt *Camerarius* hippocomico, Lipſ. 1556. 8. Italice cum comment. prodierunt Il modo del cavalcare de Xenofonte, Venet. 1580. 8. Anglice dedit cum comment. *Berenger* in Hiſt. of Horſemanſhip l. c. Germanice c. notulis editus l. de re equeſtri, Franc. et Lipſ. 1743. 4.

Sequitur *Ariſtoteles* Stagyrita, hiſtoriae naturalis parens et poſterorum anteſignanus, qui vitam in incidendis animalibus naturisque eorum perſcrutandis conſumſit, adiutus Philippi atque Alexandri M. regali munificentia. Hic quantum praeſtiterit, *Haller* bibl. anat. I p. 31 — 51 recenſuit, veterinaria paſſim exhibuit *Brugnoné*

v. d.

(v. d. Zucht d. Pferde u. Eſel). Pauca adducāmus. Ruminantium ventriculos deſcripſit hiſt. anim. II 17, et ventriculorum dentiumque comparationem in variis animalibus ſcite inſtituit de part. anim. II 14. Uterum animalium bicornem eſſe contendit h. a. III 1, de gener. anim. I 3. Caſtrandi mares duos modos docuit, femellas quoque et camelos et gallinaceos, h. a. III 1, IX 50. Suum morbos βραγχον, anginam, in qua κραυρᾶν λεγεται, grandinem ſ. χαλαζωδεις ὑες, atque diarrhoeam exponit h. a. VIII 21. Boum morbos gregales recenſet ibid. 23 κραυρον ſ. pneumoniam atque podagram ſ. claudicationem epizooticam. Equorum morbos narrat ib. 24 αλγησιν της καρδιας, morbum cardiacum, rectius aſthma, ειλεον, colicam, τετανον, κριθιασιν, hordeationem, rectius reduviam (*Rehe*), nec non ἐαν λυπτηση, veternum ſeu maniam placidam, ungularum decidium: de hippomane nugari monet, carbunculi ſub morſu muris aranei, phalangii latent. Μηλιδα, malleum morbum (*Rotz*) aſinorum affectionem exhibet ib. 25. Atque 26 ſq. elephantorum nec non apum morbos illuſtrat: multus quoque de apibus h. a. IX 11. De mulo et hinno horumque ſterilitate agit h. a. VI 24, de gen. an. II 8, ubi quoque aſinam ſtatim a ſalitu vapulare ſuaſor eſt. Animalia non ſuperſoetare affirmat h. a. VII 4. Oeſtrum et myopa tergora animalium valide perforare narrat h. a. IV 4, in quibus memorandis anteceſſorem habuit *Aeſchylum* Prom. vinct. v. 544. 650. Quae animalia felle i. e. veſicula fellea careant, hiſt. an. II 15 et de part. an. IV 2 habet. In l. de miraculis auditis multa de animalibus miranda naturae profert et in l. phyſignomonicorum de ingenio, indole et vitiis animalium agnoſcendis verba facit. In problematibus multae de pecudibus quaeſtiones eorumque ſolutiones, praeſ. ſect. X de pilis eorumque defluvio, leguntur. *Theophraſtus Ereſius* veſtigia praeceptoris ſtrenue

nue preſſit: ſcripſit, auctore *Diogene Laertio*, de diverſitate vocis animalium eiusdem generis, de animalibus quae ſapere dicuntur, libellos, de animalibus l. VII, dudum deperdita. In fragm. de animalibus quae colorem mutant, tarandum deſcribit Scytharum (p. 460 ed. Heinſ.), quem cum alce confudit. In fragm. de animalibus quae videntur invidere quaedam curioſa de pecudibus narrat. *Antigoni Caryſtii* de animalibus liber citatur ab *Heſychio* v. ιλησι.

Iungamus his animalium diſſectores magnae famae. *Dioclem Caryſtium* laudant *Galenus* de admin. anat. II 1, *Plutarchus* de phyſ. phil. decr. V 9 et 14, *Hierocles* Hippiatr. Gr. p. 235, ubi de equis verno gramine recreandis dicitur. *Herophilus*, Ptolemaei Philadelphi adiutus munificentia et literarum fervore, nullas non corporis humani brutorumque partes egregie illuſtravit, ipſis vivi-ſectionibus ſusceptis, et anatomes profeſſorem eximium ſe praebuit (*Gal.* de adm. anet. VI 8 et 11). Quem coaevus *Eraſiſtratus* aemulatus in hoedis vaſa meſenterii lactea vidit (*Gal.* l. c. VII 16). *Praxagoras*, Herophili praeceptor, cotyledones animalium primus recte cognovit (*Gal.* de diſſect. matr. c. 10.)

Adiiciendus eſt huic aevo *Thucydides* peſtem gravem ex Aethiopia illatam deſcribens II 9, quae hominibus, pariter ac canibus alitibusque, exitioſa fuit. Peſtis illa Aeginenſis imperante Minoe omnibus animalibus funeſta antiquiſſima memoranda eſſet ex *Ovidio* met. VII 556, ſi fides hiſtorica conſtaret. Accenſendi quoque huic aevo *Bolus* Mendeſius, *Mago* Carthaginenſis atque *Epicharmus* Syracuſanus. Primus, quem *Suidas* medicum et hiſtoricum narrat, a *Theophraſto* de plantis IX, ubi de abſynthio ſermo eſt, narratur, oves Ponticas abſinthio paſtas bile carere contendens: *Columella* ipſum Aegyptium fuiſſe et in ὑπομνήματοις de ſacro igne

ovi-

ovium egiſſe auctor eſt VII 5. Alter librorum de re ruſtica auctor, qui ex ſenatusconſulto latine redditi ſunt, nobilitate ceteros praeteriit et de ſanitate armentorum laudatur, apud *Varronem* I 1 et II 5. Ruſticationis parentem illum venerabantur Romani, teſte *Columella* I 1, qui praecepta de vitulis caſtrandis laudat VI 26. *Epicharmus*, diligentiſſimus de pecudum medicinis ſcriptor (*Colum.* I 1, VII 5), arietem pugnacem mitigari terebra, ſecundum auriculas foratis cornibus, affirmavit et quomodo a cane rabido morſis ſit medendum (*Plin.* h. n. XX 9), docuit: vixit tempore belli Punici primi. Denique binos, quorum non niſi librorum titulus ſupereſt, addo, *Aſtrampſychum* de aſinorum curatione, a *Suida* laudatum, atque *Cleodamum Achnaeum*, περι ἱππικης και πωλοδαμαστικης ſcriptorem, auctore *Stephano Byz.* v. αχναι.

PERIODUS II.

Romani.

Tanta diligentia et fervore res ruſtica a Graecis et Romanis culta eſt, ut non paucis dubium videatur, an recentiores in hac disciplina veteribus antecellant. Enarravit auctores, quorum plerique ad artem quoque veterinariam ſpectant, ad ſua usque tempora *Columella* I 1. Primus nominandus *M. Cato* Cenſorius, cuius de re ruſtica liber ſupereſt et, quantum ad medicinam pecorum ſpectat, ſuperſtitionem et incantationes habet atque infantiam artis olet. Secutus hunc *M. Terentius Varro*, doctiſſimus Romanorum iudice Quintiliano, qui l. II de re ruſtica de pecudum conditione, foetura atque tractatione, l. III de avibus manſuetis, leporibus et apibus di-

fertiffime fcripfit: propria quidem experientia, nam magnas habuit pecurias, praefertim equarias (II praef.), cum annum octuagefimum ageret. Medici pecoris feu hippiatri, dentium proventus et mutationis (II 7), admiffarii (*Befchäler*), perorigae (*Geftütknecht*), equimenti (*Sprunggeld*, apud *Non.* II n. 9) mentionem facit. Optime de eius vita et fcriptis egit cl. *Schneider* in comm. editioni l. de r. r. praemiffa. De *Herophilo*, equario medico, iisdem temporibus narrat *Valer. Max.* IX 15. Iungimus Varroni *Corn. Celfum*, qui V libris totum corpus disciplinae rufticae complexus eft, auctore *Columella* I 1. Laudatur et *Quintiliano* XII 11, Hippiatr. p. 177, 276, *Vegetio* IV 15 ed. Schneid. Sed iniuria temporis deperditi funt libri, quorum iactura vere dolenda eft, cum in libris, qui de medicina fuperfunt, egregium medicum fe probaverit. Ipfe fuam de pecoribus expofitionem laudat V 28 p. 358 et I praef. p. 17 ed. Krauf. Quaedam ex illo a *Columella* memorata collegit *Morgagni* ep. de Celfo I p. 9 ed. Hag. 1724. 4. *Hyginus*, cuius fabulas habemus, de apibus fcripfit et de alitibus a *Columella* faepius laudatur.

Non praetereundus eft *P. Virgilius Maro*, qui in georgicorum libris veterinaria quoque carmine elegantiffimo expofuit atque, ut in vita eius a Donato fcripta legitur, magiftri ftabuli equorum Augufti amicitiam nactus multos variosque morbos incidentes equis curavit. Bovis idonei notas georg. III 51, equi generofi indolem et delectum faciendum ib. 72 exhibet. Morborum figna et caufas docet ib. 441, fcabiem ovium et venaefectionem inftituendam 459, peftem equorum 498, boum 515: atque de corii nequitia facroque igne inde contracto 559 monet. Afilum f. oeftrum armentis infenfum depingit ib. 146, fed verbum afili mox interiiffe putat *Seneca*

neca ep. 58. *Horatii* quoque mentio habenda, quod equi vendibilis vitia ſat. II 86 tradit.

Pleniſſimus, qui extat, Romanus rei veterinariae ſcriptor *Columella* nominandus eſt. De cura bubus adhibenda II 3 agit: quaecunque ad indolem, educationem et medicinam equorum boumque ſpectant, l. VI tradit. L. VII aſinis, ovibus, capris, ſuibus, canibus dicatus eſt, VIII volucrum, piſcium, IX apum naturam atque medicinam complectitur. Breviori hic eſſe mihi licet, cum in progr. de noſologia brutorum a. 1798 edito p. 25—28, 36, 45 de *Columella* commentatus ſum. Febricitantis bovis ſigna VI 9 exponit, quae peſtis bouillae ſymptomatibus reſpondent, nec alienos dolores ventris et inteſtinorum VI 7 recenſet. De contagione autem et peſtifera mali indole non refert, de quibus auctores *Virgilius* III 469, *Seneca* de ira I 15 addendi. Elleborum ſeu conſiliginem cuti iniectam vel potius per aurem traductam peſtilentiae remedium in omni pecore commendat: cum quo conſpirat *Perſius* ſat. III 63.

Columellae aetate parum inferior eſt *C. Plinius* ſecundus, qui in hiſtoria naturali multa de animalium natura et medicina congeſſit. L. VIII pecora domeſtica complectitur, ne ſimiis et cuniculis quidem exceptis, X alites continet, XI apes earumque morbos, nec non bombyces. De dentitione equorum XI 37 agit, canum vermes et ricinum XXII 18, ſcabiem ib. 23, vermiculum in lingua canum eximendum, ne rabidi ſiant, XXIX 5 memorat. Par Plinio habendus eiusdem aetatis ſcriptor *Pedanius Dioſcorides*, qui varia medicamenta commendavit, v. c. contra boum ſcabiem, mat. med. I 89, iumentorum ulcera et ſcabiem, ib. 79, pecorum ſcabiem, III 87, iumentorum canumque ſcabiem, I 58. Signa rabioſi canis pri-

mus omnium expoſuit VI 35, atque primus deſumta a pecudibus, plerumque obſcena, ut medicamina exhibuit, de quibus *Sextus Placitus* pluribus egit. Hac occaſione non poſſum praeterire *Plutarchum* (ſermon. convival. VIII probl. 9) hydrophobiam Asclepiadis aetate primum innotuiſſe narrantem. Iamiam *Ariſtoteles* h. a. VIII 22 λυτταν canum morbum, immo *Homerus* Il. Θ 299 κυνα λυσσητηρα exhibent. De *Epicharmo* ſupra p. 11 dictum eſt.

Ex fonte Pliniano hauſit *Solinus*, de canibus (polyhiſt. 25), de equis 57, de camelis 62 agens. Ariſtotelem vero ubique ſecutus eſt *Aelianus*, cuius de natura animalium l. XVII ſuperſunt. Curioſa praeſertim ſelegit, ut de apibus, de elephantis autem et de canibus hiſtoriolas. De canum morbis IV 40, de oeſtro et myope (tabano) IV 51, VI 57, de camelorum caſtratione IV 55. De ruminantium ventriculis V 41 Ariſtotelem exſcripſit, VI 27 de felibus narrat, 55 bupreſtidem comeſtam inflationis boum cauſam eſſe contendit, 59 canibus ratiocinium tribuit. Collector quoque *Iul. Pollux* ſ. Polydeucus nominandus, qui onomaſtico I 11 de equis et equiſonis officio multa tradidit, Xenophontem potiſſimum ſecutus, c. 12 de armentis et gregibus, II 15 de partibus exterioribus tam in hominibus, quam in animalibus, V 4 — 11 multa de canibus profert. Male autem de vomitu equorum verba facit p. 54 ed. Seb.

Anatomes quoque ſtudium apud Romanos cultum eſſe, exemplo ſunt *Marinus* atque *Rufus*. Alter, quem Galenus anatomiae reſtauratorem dicit et ex quo ipſe plurima hauſit, multa ſcripſit hodie deperdita. Nervos diligenter quaeſivit et in animalibus vocales (*Gal.* de uſu part. XVI 4 et 5) explicuit. Alter animalia ſecuit, ut ex libro eius de part. c. h. patet: cf. cl. *Sprengel* Geſch. d. A. K. II p. 55.

Claud.

Claud. *Galenus*, medicorum ſeriorum coryphaeus, praeter zootomiam quaedam ad artem veterinariam ſpectantia paſſim memoravit. *Vaenetum* atque *Praſinum* equorum ſtercora et nutritionem disquirentes nuncupat, unde nec medico indecorum eſſe, aſinae lactanti proſpicere, meth. med. VII 6 affirmat. *Oſantrum* hippiatrum laudat, p. 719 ed. Chart. X. De pecudum pedibus et ungulis disputat, de uſu part. III 2. Scroſarum caſtrationem ſeu ovariorum extirpationem de ſem. I 15 docet, uteros vero animalium male deſcripſit de uſu part. XIV 4. Canem ſolum ex animalibus rabie adfici de loc. adf. VI 5 contendit. In libro, qui vulgo illi adſcribitur, de ponderibus ac menſuris, haec quoque veterinariorum ſui temporis invenies. L. III de medicam. fac. parab. quasdam formulas medicas exhibet.

Palladius de educatione, tractatione et ſtabulis pecudum atque volucrum egit Febr. 16, Mart. 11 — 15, de tonſuris ovium, de apibus et quidquid obſervare paterfamilias debet, ſingulis menſibus. Secutus eſt, quem laudat, *Gargilium Martialem*, ſec. III, ut videtur, ſcriptorem, cuius de curis boum fragmentum ſupereſt. Cf. *Chr. Schoettgenii* diſſ. de *Garg. Mart.* Dresd.

Sed poetae dicendi ſunt. Peſtem equorum ex inedia contractam *Lucanus* VI 84, Acheruſiam peſtem canes primum, tum volucres, ſilvarum feras, caſtrorum maniplos vexantem, *Silius* XIV 594 cecinere. Hiſtoricos uterque ſecutus, alter *Caeſarem* de bello civ. III 58, alter *Livium* XXV 26. Imitati vero ſunt *Lucretium*, VI 1123 peſtem Atticam et hominibus et bobus avibusque funeſtam depingentem, quem et *Virgilius* de peſte exemplar ſumſit, teſte *Macrobio* ſaturn. VI 2. Quibus adiicio *Severum Sanctum* ſ. *Endeleichum*, ſerio-

ſerioris aevi poetam chriſtianum, qui bucolico carmine mortes boum ſeu peſtem bouillam deſcripſit (c. n. Pithoei ap. Lanciſium de peſte bouilla). Canum ſpecies et virtutes *Gratius Faliſcus* (cyneget. v. 150), foeturam 259, morbos et vulnera 545, ſcilicet rabiem, luem caninam, ſcabiem letalem, podagram, equos vero venaticos 497 carmine deſcripſit. *Oppianus* cyneget. I 158 equorum gentes, indolem variam atque notas bene expoſuit, de canibus 367 ſcite docuit. Caſtora venationis equeſtris, Pollucem canum inventores II 14 facit, onagrum et equos ſilveſtres III 175. 251 deſcripſit. His accedit *Nemeſianus* canes (cyneget. 104) horumque ſcabiem exitioſam 202, aurium tineas 209, rabiem 210, equos vero 240, tradens. *Calpurnius* ecl. V de gregibus ſuaviter cecinit et contra pruriginem ſeu pſoram viventia ſulphura commendavit, et ad nomina ovibus imprimenda argentum vivum. Mulas Gallicas atque phaleras equi generoſi cecinit *Claudianus* epigr. 8, 15 et 18.

Caelius Aurelianus, de hydrophobia praecipuus ſcriptor, mentionem meretur: acut. II 9 a gallo gallinaceo leviter morſum in rabiem veniſſe narrat. Sed de *hippiatricorum* Graecorum collectione nunc dicendum eſt, facta ſec. X iuſſu Conſtantini Porphyrogennetae, Graecorum imperatoris. Horum auctores, vel ab auctoribus laudatos, plerumque hippiatros, *Fabricius* bibl. Gr. VI p. 494 enarravit. Agmen ducit *Apſyrtus*, qui ſec. VII ſub Conſtantino IV Pogonato meruit et, teſte *Suida*, hippiatricum librum et de equis phyſicum ſcripſit. Aetate maiorem *Magonem*, coaevum *Hippocratem* p. 7 et 10 memoravimus. Poſt Apſyrtum *Hierocles*, *Pelagonius*, *Theomneſtus* palmam ferunt.

Hierocles, Apſyrto iunior ſec. IX ſcriptor, cauſis agendis in foro operam dedit. Edidit περὶ τῆς τῶν ἵππων θεραπείας librum et Caſ-

ſiano

ſiano Baſſo inſcripſit. Ex quibus deſumta Geopon. XVI 9 — 12. Eundem eſſe *Gerodium*, cuius de cura equorum l. a Latinobarbaris citatur, monuit *Reineſius* var. lect. p. 532.

Pelagonius, Apſyrto iunior, etenim ab illo multa hippiatrorum nomina proferente non citatur, a *Vegetio* I praef. et ſaepius laudatur. In geoponicis XVI, 2. 17. 18 de equis eorumque medicina ex eo invenies excerpta.

Theomneſtus, inter equites Caeſarianos in armis verſatus, contendente quidem *Pearſonio* (*Needham* proleg. ad Hierocl. de fato et provid. p. XII, cf. *Niclas* proleg. ad geopon. p. LIX). Formulae eius adverſus dyſuriam, ſpinae ulcerationem et alias equorum affectiones habentur geopon. XVI, 12 — 16, de cura canum XIX 3.

Sequuntur reliqui, ex quorum libris hippiatrica ſunt collecta. *Pamphilus*, grammaticus Alexandrinus, *Suida* auctore, vixit ſec. II ante Chr. et ſcripſit Georgica. Liber eius περὶ φυσικῶν laudatur in Geopon. XV 1. Sed quamvis in catalogo Hippiatr. Gr. Baſil. ed. praemiſſo nomen eius invenitur, dubitat tamen veterinarium fuiſſe *Fabricius* bibl. Gr. VI p. 499.

Diophanes, qui tempore Ciceronis vixit et *Magonis* libros in epitomen redegit, referentibus *Varrone* I 1, *Columella* I 1.

Africanus, ut videtur, Iulius ille, qui imperante Severo κεστῶν libros conſcripſit.

Didymus, qui georgicorum l. XV, ſecundum *Suidam*, concinnavit. Laudantur geopon. X 11 et excerpta ibidem leguntur XVI 22, ubi de camelis agitur, XIV 18. 23 de pavonibus, anatibus, XV 3 — 5 de anſeribus.

Anatolius Berytius. Laudatur a *Photio* mem. 163 et *Libanio* ep. 15, nec non *Amm. Marcell.* XIX 10, ubi cf. *Valeſius.* Fuit per Illyricum praefectus et, ut ex Amm. Marc. XXI 6 colligitur, a. 361 obiit. Citatur Hipp. p. 217. L. περὶ συμπαθειῶν fragm. dedit *Fabric.* bibl. gr. IV. c. 29.

Eumelus Thebanus, quem quidam Corinthiacum illum, priſcae aetatis philoſophum (*Clem. Alex.* ſtrom. I p. 333, VI p. 629 ed. Sylb.) perhibent, hippiater *Apſyrto* aetate ſuppar aut parum ſuperior fuit. Hipp. p. 15. 58 ſq. 501 ſq.

Himerius, ad quem hippiatrum *Apſyrti* epiſtola legitur Hipp. p. 140. De reliquorum *Aemilii Hiſpani*, *Archedemi*, *Liborii Beneventani*, *Tiberii* aetate et conditione non conſtat. *Hieronymus* Libycus de armis laeſis ab *Hierocle* citatur.

Prodiit collectio latine reddita a *Ruellio*, iuſſu Franciſci I Gallorum regis, Pariſ. 1530. fol. min. Idioma Graecum ed. *Grynaeus*, Baſ. 1538. 4. Verſio Italica, Venet. 1543. Gallica *Io. Maſſei*, Pariſ. 1563. Germanica *G. Zechendorff*, Egrae, 1571. 4. Norimb. 1575. fol.

Licet in medicamentorum farragine tradenda liber potiſſimum verſetur, multa tamen ad morbos varios equorum naturamque eorum facientia continentur et primum utiliſſimumque de variis equorum morbis et operationibus commentarium exhibet. Aegre hic abſtineo, de his diſſerere. Facta haec ab *Hallero* bibl. chir. I p. 99, bibl. pract. I p. 288, *Paulet* rech. I p. 59, atque cl. *Sprengel* Geſch. d. A. K. II p. 234. Pauca libemus. Malis ſeu malleus morbi fontici genus narratur et in humidum, ſiccum, articularem atque ſubtercutaneum dividitur. M. humidus noſtro *Rotz*, ſiccus *Steinkropf*, articu-

ticularis claudicationi in morbo *Rotz* consummato accidenti, subtercutaneus *Wurm*, respondent. Summus m. subtercutanei gradus elephantiasis nuncupatur, p. 21. Καριδαι sunt nostra lingua *Wurmbeulen*, Gallis *cul de poule*. Χοιραδες p. 65 et παρισθμια p. 60 sunt nobis *Druse*. Sub κριθιασεως s. hordeationis nomine morbus *Rehe* latere videtur: in summo mali gradu ορθοκωλοι p. 262 nuncupantur. Colicam intestini tenuioris χορδαψον, crassioris ειλεον, volvulum vero στροφον vocant. Πυρωμα ignis sacer seu carbunculus est. Κενοπρισις respirationem abdominalem, *Flankenschlagen* significat. Πνευμορρωξ p. 29 est asthma, χολερα p. 200 phrenitis, *mal d'Espagne*. Σειραν dicitur morbo *Spat*, pedica s. catena laborare. Κρισσοι p. 205 sunt *Gallen*, χοιρωμα, *Leist*, marmora *Veget*. Παραπρισματα, *Courbe*, μαρμαρων, *Mauke*, μυρμηκιαι, verrucae, rhagades, forte *Kroete*, φοινικες p. 241 excrescentiae ficosae. Describitur talpa, ulcus cervicis mali moris, malandria *Veget.*, hernia scrotalis, epilepsia, mania, tetanus. Inveniuntur tres castrandi methodi, mos quoque Sarmatarum p. 67. Agitur de fractura radii (κερκιδος, *Fesselbein*), de abortu in equabus manu concitando, de vesica per anum manu comprimenda contra dysuriam, de fimo manu eliciendo. Legitur de testium tumore et inflammatione, de stillicidio colis purulento ab ulcere, de exungulatione atque reproductione ungulae.

Alia collectio narranda est *Geoponicorum*, in quibus rei rusticae praecepta ex Graecis auctoribus congesta continentur. Facta collectio a *Cassiano Basso*, qui *Hierocli* fuit coaevus, iussu Constantini Porphyrogenn., et aetate hippiatrica praevit. Veterinaria haec sunt. L. XIV de columbis, gallinis earumque morbis, pavonibus, phasianis, anseribus et anatibus agit. Gallinarum morbi κορυζα, *Pips*, phthiriasis atque diarrhoea, anserum απεψια, cruditas, recensentur.

fentur. L. XV naturae fympathias et antipathias in animalibus *Zoroaftris* nomine infcriptas, nec non apes continet, XVI equorum naturam et morbos, nec non afinos et camelos recenfet, XVII de bobus memoranda exponit, XVIII oves, capras, XIX canes et fues complectitur. Defcriptiones morborum fruftra quaeres, fed formulas et remedia parabilia invenies. De equorum foetura ac dentitione *Apfyrtus* XVI 1 bene egit, equos ἰλλιγιῶντες memorat *Hierocles* XVI 9, vertiginofos, in quibus in gyrum motus cernitur. Horum auctores, quos et hippiatrica habent, funt *Africanus*, *Anatolius* f. *Berytius*, *Apfyrtus*, *Didymus*, *Hierocles*, *Hippocrates*, *Pamphilus*, *Pelagonius*, *Theomneftus*. Quae ad equos fpectant, ex *Apfyrto*, *Pelagonio*, *Theomnefto* et *Hierocle* defumta funt. E prifcis hic habentur *Democritus* atque *Zoroafter*, necnon *Varro* Romanus. Praeter illos veterinaria invenies ex his qui fequuntur.

Florentinus, cuius georgica X 34 (ubi patet, vixiffe illum fec. III fub Macrino Imp.), XVI 22 laudantur. *Photius* quoque myriob. tm. 163 eius meminit. Huius nomen ferunt XIV 1 de columbis, 7 de gallinis, 16 de gallis, XV 2 de apibus earumque morbis, XVII 1 de vaccis, 25 de claudicatione, XVIII 1 de ovibus eligendis et probandis, 9 de capris et hircis, XIX 6 de fuibus.

Fronto, fi idem eft, quem *Suidas* memorat, fub Severo Imp. vixit. Eius eft XIX 2 de canum foetura et educatione. Ad huius nominis hippiatrum fcripfit *Apfyrtus* Hipp. p. 197.

Leontinus, quem fub Iuftiniano Imp. vixiffe probabile eft. Eius nomine infcriptum eft XIV 12 contra gallinarum coryzam, XVIII 13 contra morbum ovium peftilentem.

Paxa-

Paxamus Graecis de re culinaria ſcriptoribus accenſetur a *Columella* XII 4, laudatur ab *Athenaeo* deipn. IX 6, *Iul. Polluce* VI 10, p. 287 ed. Seb. *Suidas* eius georgica commemorat, citantur geopon. X 54. XIV 17 eius gallinarum medelae exhibentur et coryzam ferro lancinandam eſſe docetur. XVII 13. 14 variae boum medelae proponuntur.

Quintilii fratres ſub Commodo Imp. floruerunt et georgica promulgarunt. Cf. *Dio Caſſius* LXXII p. 819 ed. Leunclav. *Reineſius* var. lect. p. 357. In hippiatr. p. 4 laudantur. Hos quoque innuit *Athenaeus* deipn. XIV 20. XIV 22 anſerum hiſtoria ex iis deſumta eſt, atque XVII 5 boum admiſſura.

Sotion ille, qui ſub Tiberio vixit et cuius ſcripta *Diog. Laert.* I p. 56 ed. Menag. et X init. laudat: in geopon. I 13, V 10 commendatur. Atque XVII 7 et 12 de oeſtro atque de paſtu boum, nec non de vermibus ſub lingua placita eius traduntur.

Tertia collectia memoranda eſt, Ἱερακοσόφιον et Κυνοσόφιον, quam ex bibl. Reg. Medicea ed. *Rigaltius*, Lutet. 1612. 4. Ineſt *Demetrii Pepagomeni* ſ. Conſtantinopolitani, qui vixit ſec. XIII ſub Michaele Palaeologo, Romanorum, vel, ut dici maluerunt, Graecorum imperatore, de re accipitraria liber, ſigna ſanorum, morbos et curandi rationem, vomitum, rheuma capitis, epilepſiam, pſoram, lichenes, emphyſema, calculos viſcerum, fracturas, ſanguinis miſſionem continens. Alter anonymi de re accipitraria, formulas exhibens. Tertius Michaeli Palaeologo inſcriptus. Cynoſophium curam canum atque remedia varia tradit. Sequitur epiſtola *Aquilae Symmachi* et *Theodotionis* ad Ptolemaeum R. de re accipitraria, lingua catalanica, opus ſpurium. His antiquior eſt *Leonis* VI Imp.

de

de re accipitraria opus in ms. adhuc latens (*Vigil.* bibl. chir. p. 1638). Cynosophium latine ediderat *Aurifaber*, Viteb. 1545. 8 et cuidam *Phaemoni* tribuerat. Iunctim cum orneosophio typis evulgaverat Gillius, Lugd. 1562. 8.

Musonii cuiusdam Romani libellus de mulorum foetibus citatur apud *Fabric.* bibl. Gr. XIII p. 343. Nisi forte mulos illos Syriacos seu onagros *Aristot.* hist. anim. VI 24 intellexerit auctor, de re rara et paene inaudita sermo est, cuius tamen exempla quaedam collegit *Hartmann* (Anleit. z. Verbess. d. Pferdezucht p. 379). Quare, cum mula pepererit, portentum existimabant Romani, testibus *Varrone* II 1, *Plinio* h. n. VIII 44, *Iul. Obsequente* de prodig. c. 55. 125. 130.

Agmen Latinorum claudat *Vegetius Renatus*, cuius de mulomedicina liber extat. Auctor (III praef.) ex diversis auctoribus enucleata collegit et in libellum contulit. Sed exscriptor solus hippiatricorum atque *Columellae* censendus est, unde locum debitum ipsi tribuit *Crenius*, de furibus librar. p. 113. ed. L. B. 1705. L. I et II morbos equorum tradit, III boves complectitur, IV quaedam ex anatome et historia naturali equi, nec non medicamentorum farraginem continet, in quibus anquirendis auctor potissimum studiosus est. Neque credendum est, illum (I praef.) ab initio aetatis alendorum equorum studio flagrasse, aut (IV 6) per diversas et longinquas peregrinationes equorum genera universa cognovisse et in stabulis suis saepe nutrivisse: sed non raro ieiunum atque ineptum se probat. Unde probabile est, seriorem monachum quendam sec. XII aut XIII (cl. *Sprengel* Gesch. d. A. K. II p. 239) nomine *Vegetii* abusum libellum ex aliis exscripsisse. Testantur Italici sermonis vestigia,

ſtigia, quae *Haller* bibl. chir. I 102 monſtravit. Malidi ſeu mallco morbo addit ſubrenalem, farciminoſum et elephantioſin, et ſeptem eius ſpecies in bobus quoque narrat, quae ſane a natura abhorrent. En vocum barbararum atque inſolentium, quibus utitur *Vegetius*, explicationem.

Acrocoleſion, *Backenbein*, coleſium, *Hüſtgelenk.*

Adſellatum iumentum, cacavit.

Aeſtuoſa animalia, a ſolis aeſtu laeſa.

Alienatus morbus, peſtis pecudum illata.

Appioſus equus, maniacus, *kollericht.*

Aquatilia, *durchgehende Gallen.*

Armus, *Armbein*, *Bug.*

Brachiolum, *Kegel*, armum excipit. Brachiola quoque ſunt venae brachiales, *Schrankadern.*

Cardiaci equi, *haarſchlächtig.*

Cirri tibiales, *Hornwarzen*, *Caſtanien.*

Colatorius equus, *Paſsgänger.* Totonarius, *Trab.*

Coriago boum, marcor, maraſmus.

Corona, coronula pedis, *Krone.*

Coſſi, oeſtri chryſalides, *Bremſenlarven.*

Coxa, *Backenbein.*

Cruditas, apepſia, initium inflationis in bobus.

Epiſtonici, emproſthotonici.

Extalis, inteſtinnm rectum.

Famices, *Blutſpat.*

Folliculus, praeputium, *Schlauch.*

Frendor, ſtridor.

Freneſia, phrenitis.

Gamba, *Schienbein.* Subgamba, oſſa lenticularia.
Geniculum, genu poſterius, *Sprunggelenk.*
Glandulae, *Druſe*, *Kropf.*
Iacca, unde pabulum ducitur, *Rauſe.*
Ileus, volvulus inteſtinorum.
Implectici, rigidi, idem quod lineoſi.
Indignatio veſicae, lotii retentio; vulneris, incuria et contuſio.
Laccae, *Gallen.*
Lethargici, *Dummkoller.*
Lienoſi, initium roboroſae paſſionis.
Lunatica animalia, epileptica. Oculus lunat., ophthalmia periodica, *Mondblindheit.*
Malandria, ulcus cervicis mali moris, *Maulwurfsgeſchwulſt.*
Malleus humidus, *Rotz*, aridus ſ. ſuspirioſus, *Dampf*, ſubtercutaneus, *Wurm*, articularis, *Rehe.*
Mallones, marmora, *Schalle*, *Leiſt.*
Matrices venae, iugulares. Unde dematricare.
Morſus, maxilla.
Muſcarium, *Riebe*, *Schweif.*
Natura excidit, vaginae prolapſus.
Nervi tumor, *courbe.*
Orthocoli, *Zwanghuf*, immo *Kernſchwinden.*
Orthomici, opiſthotonici, ſi tetanus lumbos praecipue occupat.
Pendigo, ulceratio, caro putrida.
Phragmatici, colica ſtercoracea ſ. ab obſtructione laborantes.
Pulmunculus, ſici, caro luxurians.
Rabioſi, ſummus maniae gradus.
Ranula, in planta pedis *Strahl.* In lingua veſiculae, *Maulweh.*

Robo-

Roborofa paffio, tetanus, *Hirfchkrankheit.* Unde Obroboratio.
Ronchos ducere, ftertere.
Sagum, pannus laneus.
Sarcofi, anafarca affecti.
Sideratio, trifmus.
Spartea folea, calceus e funibus fparteis confectus.
Spathulae, coftae.
Sphacelifmus, fphacelus tetanum traumaticum terminans.
Spondyli, vertebrae.
Stillofi, pedis rigiditas et arefcentia ex m. *Rehkrankheit.*
Strophus, colica.
Stuppa, *Werg*, ligaturae inferviens.
Suffragines, *Feffel*, *Koethe.*
Suffufio, *Steingallen*, *Blaue Mäler.*
Syntexis, tabes.
Syrmatica iumenta, *buglahm.*
Toles, glandula fubmaxillaris.
Uligo, urigo, morbus herpeticus *Mauke.*
Vulfi, valetudinarii, phthifici, pouffif Gallor. Idem tuffici.

PERIODUS III.

Arabes.

Equorum patria et antiquiffima cura apud Arabes quaerenda eft (*Zimmermann* Zool. geogr. p. 143, *Michaelis* v. d. ält. Gefch. der Pferde. Francof. 1776. 8). Profapia nobiliorum, qui ipfis *Koech-*

lani

ſani audiunt, a MM annis dicitur obſervata. Neque tamen hippiatricae ſtudio unquam claruere Arabes, quibus medio, quod dicunt, aevo magis ingenio et phantaſia vividiore, quam obſervatione operoſa et experientiae ſtudio, gloria debetur. Res ruſtica praeſertim a Mauris in Hiſpania degentibus tractata eſſe videtur, quantum in monumentorum penuria colligi licet. Ex Graecis vero pleraque, quae in veterinariis praeſtitere, deſumta eſſe vix dubium videtur. Variolae pueriles an in Arabiae campis primum conflatae ex equis pedum uligine, pulmunculisque laborantibus in homines pariter ac in vaccas tranſierint, ſerior aetas forte diiudicabit. Propoſitum eſt a cl. *de Carro* hiſt. de la vaccination en Turquie, Vienn. 1804.

Primus, cuius opus veterinarium in bibl. Reg. Pariſ. latens laudatur (*Haller* bibl. pr. I p. 546), eſt *Honein Ebn Ishak* vulgo Iohannitius († 873), Graecos ſequutus. Eodem tempore *Thabet Ebn Merwan* veterinaria concinnavit (*Haller* l. c. 552). *Arrazi* ſ. Rhazes de leonum morbis libellum ſcripſit, teſte *Caſiro*, *Haller* l. c. p. 564. *Ebn Sina* de animalibus libellum conſcripſit, in quo de infirmitatibus eorum egiſſe fertur, *Haller* l. c. p. 592, licet hiſtoriae naturalis ignarus dicatur apud cl. *Sprengel* Geſch. d. A. K. II p. 548. Prodiit cum aliis Avicennae operibus logicis et phyſicis Venet. 1500. fol. ed. Cecilio Fabrianenſi.

Ebn Roſchd vulgo Averroes, Arabum Ariſtoteles, num aliqua ad rem noſtram ſpectantia habeat, vel an typis mandata ſint, neſcio: hiſtoriae naturalis peritiſſimus dicitur apud *Freindium* (hiſt. med. p. 255 opp. ed. Pariſ. 1735). *Almagerithi* de hiſtoria et generatione animalium codicem in bibl. Eſcurialenſi ſervatum nominat *Hal-*

ler

ler bibl. anat. I p. 135. Magnum de animalibus opus conſcripſit *Muhammed Demir* ſ. *Adamirius* († 1406), cuius duo codices ſe inſpexiſſe et multo cum fructu adhibuiſſe fatetur *Bochartus* hieroz. praefat. Cuius epitomen dedit *Ain al Hiat*, ab Herbeloto laudatus, cf. Fabric. bibl. Gr. XIII p. 44. Simile opus Arabis *Abdorrachman* filii Abizenadae de animalium proprietatibus laudat *Bochartus* et vulgavit e bibl. Mazariniana Abraham Ecchellenſis, Pariſ. 1647. De camelorum reliquorumque apud Afros animalium hiſtoria egit *Io. Leo* hiſt. Afr. IX 30 ſqq.

Ebn Beithar, Hiſpanus, ipſe equitum magiſter, hippiatrica edidit, *Haller* b. pr. I p. 405, cl. *Sprengel* l. c. 582: ſi *Io. Leonem* in vita eius ſequamur, de animalibus opus, ſecundum ordinem alphabeti, tribus voluminibus completum. De eius vero equitum magiſterio nihil invenimus in vita *Albeitaris*, quam ex Abulfedae annal. nuper dedit venerab. *Lorsbach* (pr. de cod. Arab. Fuld. Herborn. 1804, p. 13). *Abubekr ben al Bedr*, medici veterinarii, librum hippiatricum in bibl. Reg. Pariſ. ſervatum laudat *Herbelot*. cſ. *Fabric.* B. G. XIII p. 23. Anonymi Arabis de equorum morbis codicem Pariſinum laudat *Haller* bibl. pr. I p. 421.

De cane rabido et hydrophobia egit *Io. Serapion* ſ. Ianus Damaſcenus: cl. *Sprengel* l. c. p. 305. *Rhazes* de canis rabidi ſignis et conditione praeclare egit ad Almanſor VIII c. 10, nec non Alhawi XX. Animalia demorſa in rabiem agi auctor eſt *Ebn Zohr*, *Haller* bibl. pr. I p. 596, qui caprae pulmonis particulam reſecuit, animale ſuperſtite. Vermis in bubus genus, venam bovinam, Medinenſi congenerem, ex Arabibus *Alzaharavio* et *Iauhario* refert *Velſch* de vena Medin. p. 47. De quo invenies in *Abulcaſem* (Alzaharavii) chir. II c. 92, *Ebn Zohr* II tr. 7 c. 21.

De agricultura opus *Abdala Ebra Baccal*, medici Toletani, ſcriptum a. 1269, in bibl. Eſcurialenſi aſſervatur, cf. *Fabric.* l. c. p. 19. A quo differt *Ebn Alavam*, Sevillani, eiusdem argumenti liber, cuius duo capita inveniuntur ad calcem *Moucenus* tratado de cultivo de las tierras, Madriti, 1751, 4, latine facta a Mich. *Caſiri* et Pet. Rodriguez *Campomanes*. Quis vero ſit ille theſauri rei ruſticae antiquioris apud Afros auctor, quem laudat *Hohberg* georg. curioſ. praefat., non liquet.

PERIODUS IV.

Arabiſtae.

Medio aevo artis veterinariae ſtudium magis cultum eſt, quam aliae disciplinae et, quae a veteribus tradita erant, retractata et novis curis experientiaque aucta ſunt. Ferramentorum ſeu ſolearum ferrearum inventio, morborum in ungulis plantaque evenientium cauſa aeque ac ſolamen, priſcis Germanis debetur ſolo ſaxoſo ductis. Apud Graecos Romanosque calcei aenei, argentei vel e funibus contexti inveniuntur (*Plin.* h. n. XI 46, *Sueton.* Ner. 20, Veſpaſ. 23, *Catull.* XVII 26), vel oſtentationis cauſa, vel ut ungulis aegris ſuccurrerent, confecti. Antiquiſſimum ferrum illud in ſepulcro Childerici Francorum regis, a. 481 extincti, Tornaci repertum. Similia apud *Arnkiel* Cimbriſche Heydenbegräbn. p. 164, *Beckmann* Beſchr. d. Mark Brandenburg I p. 401, cl. *Bouwinghauſen* Taſchenkal. f. 1794 p. 63 leguntur. In ſpeculo Saxonico II art. 12 §. 4 ut in anterioribus pedibus equi ſufferrentur praeceptum legitur. Apud Anglos Wilhelmus Conquaeſtor equos ferrandi morem praecepiſſe vide-

videtur, apud Gallos ſub Philippo Pulcro notus erat (*la Foſse* Pferdarzney IV p. 170). A Germanis gentibus ad Graecos inventum traductum eſt, nam *Leo* Imp. tactica V 4 σεληνιαια σιδηρα nuncupat. Boves in anterioribus pedibus ferrandi mos ſerior apud Germanos obtinuit. Fungus ille articularis, quem dicimus *Stollſchwamm*, crebrior ab hoc tempore obſervatus eſt, cum apud Graecos Romanosque vix inveniatur. Optimi de ferramenti inventione auctores cl. *Io. Beckmann* Geſch. d. Erfind. III p. 122, *Brugnone* v. d. Zucht d. Pferde p. 224, *Clark* Anm. v. Huffchlag p. 2.

Fulſit hoc aevo *Friderici II* et filii *Manfredi* imperium literis renaſcendis magis etiam, ac fuit, fauſtum, ſi per bella internecina licuiſſet. Hiſtoriae naturalis ſtudio *Fridericus* Imp. maxime flagravit eiusque, nec non anatomes comparatae, ſolertiſſimum ſe praebuit in l. de arte venandi cum avibus, quem commentariis illuſtravere *Marcus Velſer*, cl. *Schneider* atque cl. *Chardon la Rochette*. Anatomes ſtudium promovit et ſcholam Salernitanam novis privilegiis ditavit: ad anatomen vero, quia homines diſſecare a Papa interdictum erat, ſues atque canes adhibebantur (*Haller* bibl. anat. I p. 147, cl. *Sprengel* Geſch. d. A. K. II p. 487). Cum chirurgia inculta iaceret et ad fabros ruſticosque ablegata eſſet, balneatores vero plerumque infames haberentur, ars veterinaria incrementa cepit. Recenſentur ſec. XIII medici veterinarii in *Mittarelli* cod. mſſ. bibl. Nannianae. Venet. 1776.

Princeps huius aevi et ad artem veterinariam natus eſt *Iordanus Ruffo*, Calaber, eques et Friderici II Imp. familiaris, cuius liber dell' arte de Maraſcalchi inſcriptus et a P. Gabr. *Brunone* Italice redditus, primum prodiit Venet. 1492. In editione Bononienſi

1561

1561 *Rusio* male vocatur. Collecta de *Russone* dedit cl. *Schneider* praef. ad *Frid. II* Imp. librorum reliqua p. XV, qui ad *Vegetium* illustrandum eius libro usus est. C. 4 morbum strangulionem, strangojone describit, etranguillon Gallor. strangles Angl. C. 11 sub voce pulsivo cavallo vulsos *Veget.* exhibet. C. 13 de scalmatura agit, morbo acuto pestilente, in quo interiora desiccantur et fimus perquam putidus editur. C. 15 morbum ciamurro, *Rotz* narrat, la *morve* Gallor., eodem nomine, quo hodie Hispani utuntur, sed a glandula equorum nondum distinxit. C. 22 sub voce pulmone della schera pulmunculos dorsi, in loco qui nobis dicitur *Widerrüst*, tradit. C. 30 gerdam in genubus, javart Gallor. enumerat. C. 31 spavano, nobis *Spat*, Gallis eparvin, refert. C. 42 sub voce furma mallones *Veget.* tractat. C. 50 sub nomine mali pinzanosae et pinsanese glossanthracem cum claudicatione epizootica plerumque coniunctam exponit. C. 53 de fico, *Feigwarzen* nostratium, docet. C. 62 de vivolis, nobis *Veifel*, avive Gallor. dicit et operationi iniquae et crudeli, parotidum conquassationi, ansam dedit. Unde patet, recentioribus hippiatris praeivisse *Russonem*, adeo ut et nomina eius servarint.

Aetate huic parum inferior est *Laurentius Rusio*, qui in ed. latinae fronte vocatur *Ruzo*. Est vero ista editio Romana, fol. ad a. 1480, iudice *Mattairio*, referenda, et ad calcem auctor se nominat *Laur. Rusium*, de urbe Marescalcum et familiarem Neapoleonis de Ursinis S. Adriani cardinalis (cardinalis ille 1288 dignitatem nactus obiit Avenioni 1342). Inscribitur vero liber de natura, electione, educatione, gubernatione ac omnium morborum equi cognitione ac curatione. Pestem a. 1301 millenos equos Romae perimentem anticardiam, antecor, describit: morbum Rotz cimorea vocat.

vocat. C. 66 morbum lampaſco o la fava i. e. ranulam ſub lingua memorat. C. 146 de farſino, farçin Gallor., *Wurm* noſtratium, verba facit. Exſcripſiſſe vero cum plerumque *Iordanum Ruſſum* cl. *Schneider* comm. ad Veget. p. 45. 72 probavit. Praeter *Iordanum* quendam *Maeſtrum Maurum* laudat.

Rem oeconomicam et veterinariam illuſtravit *Petrus de Creſcentiis* a. 1230 natus, ruralium commodorum l. XII, quorum ed. princeps Aug. Vindel. 1471 fol. prodiit. De nutritione et cuſtodia equorum, de bobus, vaccis, capris, ovibus aliisque animalibus domeſticis tradidit, de medicina vero *Iordanum* quoque exſcripſit, ut *du Cange* gloſſar. v. ſcalmatura, nec non cl. *Schneider* l. c. p. 51 ſq. 66 ſq. monuere. Quaedam ad nos ſpectantia *Matthaeus Silvaticus* operi pandectarum inſperſit, c. 46 de angina ſuum, 531 de marmoro, 595 de pori, 602 de realgar, quod contra equorum vermes et fiſtulam ut mortificativum commendat. *Gerodium* (cf. ſupra p. 17) ſaepe laudat.

Anatome comparata atque hiſtoria naturalis hoc aevo non prorſus neglectae ſunt, licet incrementa vix ceperint. Concinnavit *Alanus ab Inſulis* (+ 1202) l. de natura quorundam animalium, in quo Ariſtotelem atque Plinium ſecutus eſt (cf. cl. *Beck* Handb. d. allg. Weltgeſch. III p. 742). *Ludov. Bellovacenſis* (+ 1262) in ſpeculo doctrinali, vaſto opere l. XXXIII, multa ad hiſtoriam naturalem et artem veterinariam ſpectantia congeſſit (*Haller* bibl. anat. I p. 144, cl. *Blumenbach* intr. in hiſt. med. lit p. 100). Veterinaria l. XVIII continentur. *Albertus Magnus* (+ 1280) de motibus animalium l. II, de animalibus l. XXVI (ſeorſum, Venet. 1509, fol.), atque ornithologiam edidit. Quae de falconibus, aſturibus

atque

atque accipitribus habet, cum Friderici Imp. libro cit. ſunt excuſa. De equis *Ruſium* exſcripſit atque de morbo ſtrangulione, quod intra 12 dies ſubinde in morvellam tranſeat, addit. Cf. cl. *Buhle* de fontibus, unde Albertus M. libris ſuis XXV de animalibus materiam hauſerit, in comm. ſoc. Goett. XII cl. phil. p. 94. *Bartholomaei de Glandville* dicti *Anglici* de rerum proprietatibus l. XIX nonnulla ad anatomen et hiſtoriam naturalem facientia continent.

Ad hoc aevum pertinet *Cophonis* anatome porci, Venet. 1502 fol. atque Marb. 1537 a *Dryandro* edita, quam *Haller* bibl. an. I. p. 145 recenſet. Mentio quoque facienda *Conr. Megenberger*, qui l. *Buch der Natur* varia ad anatomen comparatam et hiſtoriam animalium pertinentia collegit (*Haller* l. c. I p. 151, *Ioſephi* Anat. d. Säugeth. p. 47). Libri, qui ortus ſanitatis inſcribitur et primum a. 1483 prodiit (*Haller* bibl. bot. I p. 239), t. II tractatum de animalibus continet, c. figg. (cl. *Blumenbach* intr. in hiſt. med. lit. p. 115, ei. Geſch. u. Beſchr. d. Knochen p. XIX), cuius auctor quidam *Iac. Meydenbach* eſſe dicitur.

Inter ſeriores huius aevi ſcriptores nominandus eſt *Valentinus* ex Reg. ſtirpe Arragonica, qui ſec. XV medio vixit. Eius de cavallo de las ſuas malatias e grand part de las curas de aquellas cod. mſ. laudat *Haller* bibl. pr. I p. 461. Eiusdem temporis eſt quidam Magiſter *Albertus* (Meiſter Albrecht), qui libellum edidit, *wie man pferdt ertzneyen und ein jegklich pferdt erkennen ſoll*, et in fronte ſe nominat *Keyſer Fridrichs* (III) *ſchmidt un. Marſtaller von Conſtantinopel*. *Auguſtus Mago*, ex Gallicia oriundus, de natura equorum librum evulgavit, Venet. c. f. 1508. 4, 1537. 8 Italico ſermone typis evulgatum, in quo de morbis cognoſcendis et curandis,

de

de vitiis emendandis deque fufferrandis equis agit. His adiungendus eft *Georg. a Gemmingen* (+ 1511), qui de cura militum orationem aliaque fcripfit ideoque a *Tiraquello* inter veterinarios relatus eft. Cf. *Fabric.* bibl. Gr. VI p. 496. De frenis phalerisque auctor *Creuzberger*, cuius liber idiomate Italico prodiit Vicentiae, 1505. 4, tum germanice fub tit. *Contrafactur und Formen des Gebiffes*, Vindob. 1591. Quem fec. XV exeuntis fcriptorem *Diez* laudat cel. *Viborg* Samml. v. Abh. II p. 257, ignoro: forte *Alphonf. Diez* feu Diaz, Hifpanus de pefte fcriptor, intelligendus, qui fec. XVI poft medium vixit.

Maiori cura aucupium, falconum hiftoria atque venatio tractata funt. Ex Hifpanis iterum commemorandus *Aug. Mago*, de gubernatione, morbis et medicatione falconum, accipitrum et niforum fcriptor. Ed. princeps Venet. 1502, 4. Rec. cum libro fupra dicto *Magonis*. *Aloyf. Befalu* idem argumentum tractavit, cuius l. della fcientia ftrucciaria (accipitraria) ed. Pet. *Belbaffo*, Venet. 1510. fol. E Gallis nominandus eft *Guil. du Puy en Vellay*, Caroli VIII R. lector, de re accipitraria fcriptor. *Ioannes de Franchieres*, eques Melitenfis et magnus Aquitanniae prior, cuius l. de l'art de fauconnerie primum prodiit Parif. 1511. 4. In editione Pictavienfi 1567, 4 iuncti funt de eodem argumento fcriptores Galli *Martine*, *Malopin*, *Michelin* atque *Amé Caffian*, nec non Hifpanus *Artalis* (Artelouche) *de Alagona*. In ed. Parif. 1621, 4 adnexa eft ars venatoria (venerie) *Iac. de Fouilloux*. *Guil. Tardyf*, quem *Haller* bibl. pr. I p. 472 ad a. 1492 refert, auctor libri de fauconnerie et du duyt des chiens de la chaffe. Ex Italis *Adrianus* cardinalis (+ 1518) de venatione carmen ad Afcanium Card.

S. Viti ſcripſit, quod cum Gratii, Nemeſiani atque Calpurnii ed. principe Aldina 1534, 8 prodiit.

Peſtis quoque ingens ſuum reliquorumque pecorum ex hominum contagione contracta a. 1348 — 50 non praetermittenda eſt, curate deſcripta a *Boccacio* decamer. init. Scriptores Anglos *Carte*, *Barnes* atque *Walſingham*, Gallum *Biterris* citatos invenies apud cl. *Sprengel* Beitr. z. Geſch. d. Med. I p. 96. Glandulam equorum (cimurro) in Barbaria a. 1588 viſam eſſe *Brugnoné* v. d. Zucht d. Pferde p. 302 auctor eſt. Malleum equorum humidum ſeu morvam a. 1494 in obſidione Neapolitana primum ortum eſſe *la Foſse* p. (traité de la veritable ſiége de la morve, praefat.) contendit: cuius morbi iſto tempore ſtragem facile concedamus, novum vero fuiſſe dubitemus. *Fracaſtorius* de contag. I 12 (opp. ed. Venet. 1555. 4 p. 115) peſtem boum contagioſam gloſſanthracem a. 1514 in Foroiulienſium tractu ortam bene deſcripſit. De peſtibus pecorum quoque *Marſil. Ficinus* († 1499) quaedam libro de morbis epidemicis inſperſit, teſte Laur. *Ioubert* opp. ed. Lugd. 1582, fol. I p. 169, atque contagionem per canes feleſque, licet ſanas, transferri obſervavit.

Novum arti veterinariae lumen attulere Hiſpani *Alph. de Herrera*, de agricultura ſcriptor, *Franc. de la Reyna.* Sed limites mihi propoſitos iam attigiſſe me video. Quae reliqua ſunt, alio tempore publici iuris facere animus eſt. Speciminis enim loco haec prae-

praemiſſa ſint operi maiori, in quo, ſi vires propoſito non impares futurae ſint, rei veterinariae hiſtoria et ſcripta, ad exemplar bibliothecarum immortalis *Halleri*, uberius curatiusque tractata et ad noſtri ſeculi initium usque perducta, continebuntur. In quo inſtituto fatendum eſt, cel. *Viborg*, ſcholae Hafnienſis antiſtitem et hippiatrorum noſtri aevi nemini ſecundum, cel. *Havemann*, inſtituti Hannoverani directorem et hippiatrorum in Germania facile principem, cel. *Waldinger*, ſcholae Vindobonenſis magiſtrum ſagaciſſimum, pro ea, qua erga rei veterinariae amantes ſunt humanitate atque benevolentia, conſilio ſubſidiisque literariis me adiuviſſe. Quorum illuſtrium virorum exempla ut exteri viri docti et in hoc ſtudiorum genere arbitri ſequantur et circa artem olim contemtam, dein a magnis viris cultam hodieque ab illotis frivolisque manibus, quae ſe immiſcuerunt, non paucis agitatam, in me ſymbolas ſuas conferre non dedignentur conatusque meos aequi bonique conſulant, hoc in votis eſt.

Anſam

Ansam haec scribendi dedit decani munus hoc anno finito deponendum. Indicendi sunt clarissimi atque doctissimi medicinae candidati, qui operae studiorumque mercedes nacti summis in medicina et chirurgia honoribus, ex ill. senatus academici decreto, me promotore, sunt condecorati.

I.

Franciscus Scherff, Volcmarsa Westphalus. Natus d. 30 Nov. 1779, patre Iosepho, camerario Volcmarsumensi, matre *Berend*. A praeceptoribus privatis literis imbutus gymnasium Paderbornense adiit. Auctumno a. 1801 in academiam Helmstadiensem se contulit, ubi professorum celeberrimorum *Beireis*, *de Crell*, *Remer* atque *Bartels* institutionibus insigni cum fructu usus est atque cel. *Remer* clinicis exercitationibus interfuit ipseque ad aegrorum lectos adiit. Post biennium Helmstadii peractum Goettingam migravit atque ex ore cel. *Richter* in chirurgia medica, apud cel. *Osiander* in arte obstetricia tam theoretica quam practica, apud cel. *Himly* in clinico medico chirurgico fructus hausit. D. 5 April. ad facultatem nostram venit, ut examini solemni se subiiceret. Bene stetit et dignus est habitus, in quem summi in medicina et chirurgia honores conferrentur, quod postridie factum.

II.

Christianus Augustus Adolphus Kober, Ciza Saxo. Primam lucem hausit d. 16 Mart. 1773, patre ludimagistro et ecclesiae S. Michaelis aedituo atque antistite. Postquam per sex et dimidium an-

nnm

num gymnafium in urbe patria, quam venerab. *Wilke* regebat, frequentaverat, ad artem pharmaceuticam, in quam animus propendebat, tranfiit. Pharmacopolae Ienenfi b. *Scheube* traditus eft, ex cuius inftitutione humana prudentique maximos fructus per quinquennium percepit. Simul lectionibus chemicis et pharmaceuticis vv. clcl. *Goettling* atque *Fuchs*, botanicis et mineralogicis b. *Batfch* interfuit. A. 1794 Ienae valedixit, atque Erfordiam, inde Gotham, petiit, ubi in officinis pharmaceuticis laborum focius fuit. Tum Onoldinum, Solodurum, Lahriam in Brisgavis, Tigurum atque Argentoratum migravit, ubi proviforis provincia plerumque ipfi erat commiffa. Porro peregrinandi cupiditate motus Bipontum, inde Crefeldiam Weftphalorum fe contulit, demum Ratisbonam, ubi officinae Ströhlinianae praefuit. Inde, literarum amore ductus, ad nos migravit, ubi officinae Nebelianae proviforis munus fuscepit, fimulque ftudio medico operam navavit. B. *Pofewitz* in anatome, excell. *Müller* jun. in phyfiologia, meque in pathologia, therapia fpeciali et medicina forenfi, habuit magiftros. Examen facultatis in chemia et pharmacia d. 23 Maii 1803 cum laude fuftinuit. Cum in patria praxin medicam exercendi animus effet, inopinato fortuna ad officinam pharmaceuticam illum vocavit atque m. Aprili 1804 cum vidua pharmacopoei *Baer* matrimonium iniit Halae Suevicae. Doctoris chemiae, pharmaciae et botanices gradum bene promeritum confecutus eft d. 12 Iun. 1805. Diff. inauguralem obfervationes exhibentem de acido acetico puro ex cupro acetico obtinendo, de kali acetico et fpiritu acetico aethereo, 4 plag. fol. lingua vernacula typis excudi curavit.

III.

III.

Henricus Eikenbuſch, Boekenfoerdae Weſtphalorum lucis uſura frui coepit a. 1779, patre Conrado, rem oeconomicam tractante, matre Anna *Schulte*. Primis literis rite eruditus gymnaſii, quod Geſecae floret, ducibus rever. patribus Franciſcanis, praeſertim P. Ladislao *Bombiker*, per octo annos alumnus fuit. A. 1799 in academiam Monaſterienſem ſe contulit, ubi in phyſica cl. *Balzer*, in chemicis cl. *Bodde*, in chirurgia et anatome cl. *Lüders*, in therapia gen. et ſpec. cl. *Druſſel*, habuit praeceptores. A. 1802 ad academiam Würceburgenſem acceſſit, ubi biennium inſtitutionibus doctiſſimis uſus eſt, utpote ill. *C. C. de Siebold* in operationibus chirurgicis, cel. *B. de Siebold* in clinico chirurgico Iulei, cel. *E. de Siebold* in artes obſtetriciae tam theoria quam praxi, b. *Thomann*, dein cel. *de Hoven* in therapia ſpeciali. Ad examen facultatis venit d. 12 Iul. atque doctrina, candore atque humanitate ita ſe commendavit, ut, ex communi examinatorum ſuffragio, apprime dignus ſit exiſtimatus, qui ſummis in medicina honoribus condecoraretur; quod perpetratum d. 20 Iul.

IV.

Georg. Henr. Chriſtian Schmidt, Weſterburgi, dictionis ill. comitum Leiningenſium, a. 1781 genitus, patre Chriſtophoro, ibidem chirurgo, matre Margaretha Iuliana e gente *Gerhardina*. Diſciplinis, quibus puerilis aetas erudiri ſolet, rite imbutus, cum annum undeviceſinum ageret, academiae noſtrae nomen dedit, faſces tunc tenente ill. *Schaumann*. A perill. *Müller* botanicam et materiam medicam didicit, b. *Poſewitz* in demonſtrationibus anatomicis auditorem ſtrenuum ſe praebuit, exc. *Heſſert* chirurgiam tradentem audivit, mihique oſteologiam, phyſiologiam, pathologiam, forenſem

ſem medicinam atque formulas concinnandi methodum exhibentem interfuit. Poſt ſesqui annum in album academiae Marburgenſis receptus eſt, ubi immortalis nominis viri *Stein* atque *Moench*, hic in chemia, ille in arte obſtetricia, ipſum erudierunt. Duce ill. *Michaelis* praxin medicam exercuit et operationes chirurgicas fecit, cel. *Conradi* in noſologia ac therapia praeceptorem habuit. Denuo ad nos profectus mineralogiam apud perill. *Müller*, phyſicam apud exc. *G. G. Schmidt*, therapiam ſpecialem apud me audivit. In examine facultatis ſolenni d. 7 Sept. 1803 inſtituto progreſſus in medicina factos doctrinamque non mediocrem probavit. Doctoris honoribus d. 30 Iul. 1805 inſignitus eſt atque diſſ. inauguralem obſervationes aliquot ſalutarem galvanismi in morbis paralyticis et ſpaſticis uſum illuſtrantes, 2 plag. 8, prelo ſubiecit.

V.

Carolus Fridericus Henricus Brumhard, Quittelsdorfii in terris Schwarzburgenſibus d. 7 Mart. 1771 in lucem editus eſt, patre uſus Ioanne Henrico, eiusdem loci paſtore, matre Rudolſtadienſi Theodora Eliſabetha *Wolle*. Per ſeptem annos gymnaſii Rudolſtadienſis alumnus fuit, 1790 almam Ienenſem petiit, ubi ill. *Gruner* ſcholis pathologicis, ſemioticis atque in therapiam gen. habitis interfuit, ill. *Loder* anatomiam, chirurgiam atque medicinam forenſem debuit, ill. *Stark* in phyſiologia, materia medica, arte obſtetricia atque therapia ſpeciali eiusque exercitio magiſtrum habuit, b. *Bruckner* oſteologiam docentem audivit. Cum praxin medicam in patria faciendi occaſio denegata eſſet, caſtra ſecutus eſt, ubi partim apud legionem equitum Boruſſorum de Wolffrath, partim in noſocomiis, ſcientiae augmenta cepit. Cum ad Rhenum moraretur, chirurgi munus in dynaſtia Epſteinenſi ipſi offerebatur, quod per no-

 vem

vem annos, medicinae ſtudio necdum abiecto, feliciter ſubiit. Fama crevit et creſcendo Francoſurtum pervenit, ubi tunc viduus alteras taedas exſpectabat et nunc, quod dudum in votis erat, doctoris gradum ambire licebat. Ad facultatem d. 29 Aug. acceſſit et cum ſtudia doctrinamque argumentis idoneis comprobaſſet, voti compos eſt factus d. 30 Aug. Theſes typis mandavit.

VI.

Chriſtophorus Buch, Werthemii Franconum m. Oct. 1775. prognatus, ubi pater artem pharmaceuticam faciebat. Quem, cum Neuſtadii in dynaſtia Breubergenſi officinam emerat, ſecutus eſt artemque paternam didicit. Poſtquam artem apud exteros per aliquod tempus exercuerat, pater ipſi tradidit officinam. Sed magis arriſit medicinae ſtudium, ideoque ad noſtram academiam venit et perill. *Müller*, b. *Poſewitz* atque me varias disciplinas medicas tradentes ſedulus adiit. Examen facultatis d. 23 Oct. ſuſceptum cum laude ſuperavit, iusiurandum d. 24 Oct. dedit atque diploma obtinuit.

VII.

Franciſcus Chriſtianus Hauch, Offenbacenſis. A. 1792 ille in civium academiae Marburgenſis numerum receptus ſtudio medico, viam praeeuntibus viris poſt ſunera immortalibus *Stein*, *Baldinger*, *Moench*, nec non vv. clcl. *Michaelis* atque *Brühl*, operam navavit. Poſtea apud Würceburgenſes aliquod tempus moratus eſt. Artem obſtetriciam prae ceteris colendam ſumſit, in qua tantos progreſſus fecit, ut domum reverſus eius exercitio non ſolum maximam laudem ſibi paraverit, ſed etiam a Seren. Principe Yſenburgenſi medici obſtetricii nomen ac ſtipendium conſequutus ſit. Coram facultate comparuit d. 11 Nov. et in medicina, praeſertim obſtetricia arte, peritiam non mediocrem manifeſtavit, ideoque voti compos factus et inter doctores relatus eſt.

VIII.

Carolus Auguſtus Bornemann, Ittera in Haſſis a. 1783 oriundus, patre Ioanne Iulio, nunc officinae ferrariae prope oppidum Biedenkopf, quam *Ludwigshütte* vocant, praefectus, matre Catharina e gente *Mülleriana*. Poſtquam gymnaſium Corbacenſe per tres annos frequentaverat, auctumno 1801 Marburgum, artis ſalutiferae

ſtudium

ſtudium amplexurus, venit. Hic, non neglectis disciplinis philoſophicis, in therapia gen. b. *Baldinger*, in re obſtetricia b. *Stein*, in re herbaria, chemia, pharmacia, materia medica b. *Moench*, in chirurgia et medicina forenſi ill. *Michaelis*, in anatome ac phyſiologia cel. *Brühl*, in noſologia atque ſemiotice cel. *Conradi*, per duos et dimidium annum docentes audivit. Inde, ut exercitium artis uberiorem ſibi compararet, Würceburgum petiit, atque ex inſtitutis, quibus fratres germani celebb. *B.* atque *E. de Siebold*, nec non b. *Thomann*, praeerant, fructus inſignes hauſit, cl. *Heſſelbach* quoque et exp. *Adelmann* docentes adiit. Tum ad nos delatus perill. *Müller* botanicis, exc. *Balſer* pathologicis meisque oſteologicis lectionibus uſus eſt. Tentamen facultatis et examen rigoroſum ſubiit d. 21 Nov. et ita reſpondit doctrinamque ſuam probavit, ut unanimem examinatorum plauſum tulerit et honorum ſummorum dignus ſit iudicatus. Quos impetravit d. 22 Nov. Diſſ. inaug. adhuc in promiſſis eſt.

IX.

Franciſcus Petrus Weiland, Meinertshaga Marcanus. Natus a. 1770, patre conſule et poſtarum magiſtro. Poſtquam in gymnaſio patrio probe eruditus erat, anno aetatis decimo nono Halenſem ſtudiorum univerſitatem petiit et biennium theologiae operam dedit. In patriam reverſus ſynodi theologicae, nec non conſiſtorii in ducatu Montano, examen ſubiit et per ſeptem fere annos candidati theologiae atque ſtudiorum moderatoris vices geſſit. Cauſa ſingulari ductus ad ſtudium medicum tranſiit, quod a. 1797 ſq. Marburgi, praeceptoribus b. *Baldinger*, *Stein*, *Moench*, nec non vv. clcl. *Michaelis*, *Buſch*, *Brühl*, coluit, quo facto in villa Drabenterhöhe prope Homburgum ad Marcam medici partes egit. In examine d. 27 Nov. ſuſcepto ingenium doctrinamque abunde manifeſtavit et honoribus doctoris d. 28 Nov. mactatus eſt.

X.

Ludovicus Erneſtus Trapp, Friedbergae Wetteravorum d. 22 April. 1781 natus, patre Ambroſio Conrado, pharmacopoeo, matre Maria Margaretha *Langsdorff*, quam mox noverca amantiſſima e ſtirpe *Schellenbergiana*, ſequebatur. In diſciplinis ſcholaſticis avum, rev. *Schellenberg*, eccleſiae Bierſtadienſis paſtorem, nec non cl. *Roth*,

ſcholae

ſcholae Friedbergenſis rectorem, magiſtros habuit. Ad artem pharmaceuticam tranſiit, in qua cl. *Varnhagen*, Seren. Principis Waldeccenſis pharmacopoeus aulicus, ipſum erudivit. Qua depoſita ſtudium medicinae ſelegit, quod Ienae tractandum ſibi ſumſit. Ibi in anatomicis perill. *Loder*, nec non cl. *Fuchs*, in medicina forenſi et politia medica perill. *Gruner*, in pathologia ac therapia ſpeciali cl. *Stark* jun., in philoſophia naturae cel. *Schelling*, in chemia cl. *Goettling*, in mineralogia cl. *Lenz*, in phyſica cl. *Vogt*, in matheſi pura cl. *Krauſe*, in reliquis vero ſtudii medici partibus cl. *Kilian*, uſus eſt inſtitutionibus. Quo facto ad Würceburgenſes tranſiit, ubi in chirurgiae atque artis obſtetriciae exercitio vv. ill ill. *B.* et *E. de Siebold*, in clinica b. *Thomann* atque cel. *v. Hoven*, in anatome iterum cl. *Fuchs*, in faſciarum peritia cl. *Adelmann*, nactus eſt praeceptores. D. 8 Dec., ipſo petente, examen facultatis inſtitutum eſt, in quo peritiam doctrinamque in variis medicinae partibus monſtravit, ita ut laurea doctorali dignus ſit exiſtimatus. Dato, quod doctorum eſt, iureiurando, diploma obtinuit d. 9 Dec.

Examen in chirurgia et arte veterinaria ſuſtinuit *Zacharias Schaeffer*, Marienhaga Itteranus, d. 11 Iun.

Ad examen pharmaceuticum venere

Carolus Ludovicus Roeſſing, Hombergenſis ad Ohmam, d. 21 Mart.

Chriſtophorus Fridericus Sander, Raboltshuſa Haſſus, d. 2 April.

Carolus Godofredus Ioachimus Wiedmer, Ballenſtadio Anhaltinus, d. 24 Sept.

Dab. Gieſſae, ſub ſigillo facultatis medicae, d. XXXI Dec. MDCCCV.

